Confirmationes et Concessiones speciales.

1. Districtus Gorlicensis Regno Bohemiæ incorporatur, ita, ut cum proventibus Advocatiæ, non debeat alienari.

complacere tenebuntur quanto se ampli-
oribus Gratiarum beneficijs senserint
a Nostra Munificentiâ prosecuto
claræ nostræ Mentis oculis præclar
us intuentes, animo deliberato, non
per errorem aut improvidè, sed maturo
nostrorum Principum, Procerum et
Baronum accedente consilio. Districtum
Gorlicensem et omnes ac singulos jncol-
las seu jnhabitatores ejusdem Distri-
ctûs Nobis et Regno nostro Bohemiæ
ac ejusdem Regni Coronæ jncorpora- inviscera-
mus, inviscera mus et inseparabiliter
counimus, ita videlicet, quod nec ipse
Districtus Gorlicensis neque ex nomine
et specialiter Civitas Gorlitz et proven-
tus Advocatiæ ibidem, necnon judi-
cium et proventus judicij de subscripti
causis judicandis, per Districtum Gor-
licensem quotiescunque emerserint, vi-
delicet. de homicidijs, rapinis, incen-
dijs, furtis, mutilationibus et alijs
quibuscunque causis majoribus, quas
et quod Nobis specialiter reservan-
dum duximus, per Nos, heredes vel
Successores nostros Bohemiæ Reges